



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

109. P. Longobar. pro fide contra idol. publicè agit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

lebat imagines foribus suis appendere ; Christiani augustum Iesu nomen quale à nostris acceperant radiis coronatum , & venustate colorum elegans ædium suarum frontibus affixere , aspectu haud paulo fortis Neophytorum fortis li-
gationi , quam fœda ex rudibus lineis & insulsæ simulachrorum for-
de : vnde hoc item boni fluxit , ut eius nominis arcana , & causas multi docerentur , dum curiosi de re sibi tam noua interrogant.

108.
Neophyto-
rum fortis li-
gationi , quam fœda ex rudibus lineis & insulsæ simulachrorum for-
de :

Descendamus nunc Sciaoceum , Longobardi primum labores fructuissimos inspecturi , & messem eius anni 1604. lœtam , Deinde periculum immane præcipitandæ in ruinam Sinensis totius Christianitatis. Nunquam in Europa Longobardus tantum viderat lachrimarum , quantum in suis vidit Neophytis , cum post habitam die sanctioris hebdomada sexto de Christi morte concionem , venerandam illis imaginem protulit Crucifixi , quod hic libenter eorum in gratiam memoro , qui pro sua in nos benevolentia vulgarunt Societas Patres Christum crucifixum nequaquam Sinis prædicasse , sed tantum ex mortuis rediuiuum , & luce diuina fulgentem , quasi ab annis iam plus quinquaginta , orbis viuuersus libros non tereret , linguis omnibus excusos quibus varijs eventus , & ei quem dixi consimiles narrantur , de Crucifixi apud Sinas veneratione , quasi à primis quoque temporibus pro seminatae illic Christi patientis effigies non extarent , qualem ipse me vidi , operis indocti , ut est Sinarum Typus , sed tamen Christiani ? quasi Christianorum illic ades , intus , & foris palam non patenter crucibus munitæ ; quasi tot indidem à nostris Patribus meditationes , tractatus , & historiæ , Sinensi sermone non existent , quibus prodantur splendide mendaces qui alienam famam inuidè macularunt. Sed Longobardi præclarum feruorem , patientia quoque robusta exercuit. Citatus ad tribunalia P. Longobardum confractor idolorum , & Sinensium Deorum ad inferos damnator , frequenti Prætorio liberè respondit , & buisse idola destrui , quæ ab Neophytis ciuitata , sibi tradebantur ; nefas esse horrendum vni debitos Deo colitus ; rebus creatis exhibere ; nullam in iis Sinas Literatos diuinitatem agnoscere ; quoties denique coram ludicribus hoc argumentum repetit , causam vicit. Mandatinus tamen in aula præpotens , quod primariam Reginam habuissest in mysteriis idolorum discipulam , expellendæ regno nedum Sciaoceo Christianitati , formidabilem monerat , & instruxerat machinam ; cum inexpectata Regis sententia ipse met , in Hainanam insulam exul electus est ; Deo peculiariis huius cœte fiducia suos animante. Sub id tempus Pechino appulit integratissimus Mandarinus Sciaoceum , totam illam regionem administraturus. Sedenti in aula , Mandarinis , & populo conferta , in conspectum se dedidit Longobardus ; obtulit Riccij Catechismum ; eo docte inam continebit , quæ sola esset vera , & certissimæ salutis , magna voce magnoque spiritu affirmauit ; quamvis esset idololatris aduersa. Experientur secum ex iis si qui tantum auderent , disputando , docendo , auctoritatibus , ratione , priuatim ac publicè vtcumque mallent eam impugnare;

109.
P. Longobardum
pro fide con-
tra idol. pu-
blicè agit.

110.
Peculiaris
Dei fidei
pro Christi
contra peccati-
mum hostem.

K *